

& figurabis eas, quod eas bene intelligas: & scias omnia corpora quietata. & debes intelligere hoc: quia scias de omnibus rebus quæ sunt compositæ in seculo, & videoas quæ sunt primæ, secundæ, tertiæ, & quartæ: & in quo loco illares est. & quando haec intellexeris, scies omnes res: quomodo sunt, & unde sunt: Scias quia omnes res quæ sunt creatæ in seculo, vitales, herbales & naturales, omnes sunt cōpositæ de istis quatuor elementis, & ad ista quatuor elementa se soluunt.

*Quomodo quatuor elementa se
soluunt.*

Verbi gratia tu vis soluere pomum in quatuore elemēta vnde captum fuit. Primum debes videre in quo loco est, & si est de prima diuersitate, in quo loco est primæ diuersitatis: & si est de secunda diuersitate, & in quo loco est: & si est de tertia, & in quo loco eiusdem est: & si est de quarta, & in quo loco eiusdem est. Tu debes scire quod pomum est calidum & frigidum, & siccum & humidum per fortitudinem non factum. quod si calidum esset per factum, si quis tangeret eum combureretur: Si frigidum esset per factum, si quis tangeret eum refrigeraretur. & sic de siccitate & humiditate. & si pomum esset ignis per factum, ascēderet super aera per vim, ubi est ignis ad suam naturam. Secundum Platone-

ascen-